Ueternes a uehere id est exportare nomina
tae. Qualos corbes. colaque prelorum per quos
mustum fluit a colando dictus. Fiscellum
quasi fiscolum a colendo oleo dictum uel
quasi fiscella olei. XIIII.

DE INSTRUMENTIS ORTORUM

Rota dicta quod quasi ruat. Est enim machina
de qua flumine aqua extrahitur.
Lucretius in fluuio uersare rotas atque
austra uidemus. Austra autem idem rota
ab haurienda aqua dicta. Girgillus quod
in giro uersatur. Est enim lignum in transuer
sa pertica mobile. Ex quo funis cum situla
uel utre in puteum dimittitur hauriendae
aquae causa. Telonem ortulani uocant
lignum longum quo hauriunt aquas. Et dic
tum telonem a longitudine. Telon enim dicitur
iuxta grecos quidquid longum est. Unde
et mustela uocata quasi mus longus.
Hoc instrumentum hispani ciconiam dicunt.
propter quod imitetur eiusdem nominis auem le
uantis ac deponentis rostrum cum clangore.
Ama lupus. qui et camculi ferreus arpax.
quod si quid in puteum deciderit. rapit. et extra
hit. Unde et nomen accepit. Arpax autem dic
tus quia arripit. arpe enim grece rapere.
Sarculus. XV.

DE INSTRUMENTIS EQUORUM

Falere ornamenta aequorum sunt. et est
sermo grecus. Frena dicta quod equos
fremere cogant. uel quod haec equi fren
dant. id est inprimant dentibus et obmor
deant. Unde et nefrendes dicta adhuc
lactantes porculi. quod nondum aliquid
frendant id est comminuant dentibus. Hinc
et faua fresaque molita est. Lupata sunt
frena asperrima. Dicta autem lupata a lu
pinis dentibus quia inaequales sunt. Unde
et iaceorum morsus uehementer obest.
Camus abenas ab habendo dictas quod his
equos habeamus. hoc est teneamus.
Unde et equiabiles dicta haec retinacu
la a retinendo lora. Capistria a capite
iumentorum dicta; sella a sedendo quasi
seda. Antela quasi antesella. sic poste
la quasi postsella. Cingula hominum
generis neutri est. Nam animalium genere
feminino dicimus has cingulas.
Sagma quae corrupte uulgo salma di
citur. ab stratu sagorum nuncupatur.
Unde et caballus sagmarius. mula sag
maria. Capulum funis. a capiendo quod eo
indomita iumenta conprehendantur. Cal
caria dicta quia in calce hominis ligantur.
id est in pedis posteriori parte ad stimu
landos equos quibus ut pugnandum est

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_281/0632